



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici**

Quae Insolentia Peccatorvm Sev De Lvxv et Libidinibus Prodigi

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

[Concio] V. 1 Vniuersos credere se sapientes & iustos. 2. catalogus  
quorundam Epithetorum communiter à probatis Authoribus voci  
Adolescens adiectorum; & vt scitè peccatori conueniant. 3. discursus ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55916)

*Amb. 3.* actibus externis, & vita irreprehensibili. Et ut dicit  
*l. 5. epist.* S. Ambrosius, Non annorum canities est laudanda, sed  
*ep. 14. cō-* morum.

*fra Sym-* Prou. 20. Ex studijs suis cognoscitur puer, id est opera  
*ptachii.* iuuentutem indicant.

Aristot. 1. Ethic. cap. 3. Interest nihil iuuenis aetate  
 moribus iuuenilis aliquis sit. Non enim defectus penes tem-  
 pus est, sed quia & vitis & singula persequitur ex pertur-  
 batione egr.

Aurelius Imper. epistola ad Claudium & Claudi-  
 nam iam seniores, sed iuuenilia sectantes: Quid estis  
 inquit, vos senes amatores praterquam signum anti-  
 bernam, ubi prater vinum acidum nihil inest? vulum  
 in cute consolidatum, intrus autem pessimè affectum? Se-  
 nex improbus nihil est prater porrum albos crines, folia  
 verò viridia habens. Viue ergo, chara, venerandaque  
 senectus, prout anni senes a te exigunt. Tu, amica iu-  
 uentus; non sequaris vestigia prodigi istius; minimè  
 aut gressus & iter tene eorum, qui vernante iuuentute  
 adæquarunt, aut potius præcesserunt maturitatis  
 sensuum & morum senes sui temporis, ad augmentum  
 & geminationem gloriae suae tam temporariae quam  
 aeternae. Faxit Deus, sequamur ipsos & sociemur.

---

### CONCIO QVINTA.

*Vulgata.* 2.12. Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da  
 mihi portionem substantia quae me contingit.

*Graeca.* 12. Ἐξήρπεν δὲ νεώτερος ἐκ τῶν πατέρων, καὶ εἶπε, δός  
 μοί τὸ ὑπερβάλλον μέρος τῆς οὐσίας.

*Syriaca.* 2.12. Et dixit ei filius eius minor natu: Pater mi, da  
 mihi partem quae mihi contingit ex domo tua.

Ex Nicæ

Volater l.

comm.

urb 28. de

noſcende

ſeipſo.

1. uniuersos credere se sapientes & iustos. 2. catalogo quorundam epithetorum communiter à probatis authoribus voci adoleſcens adiectorum; & ut ſcūtè peccatori conueniant. 3. Diſcurſus fuſus, monſtrans rationum acie, peccatorem eſſe adoleſcentem, & ſtultum.

1. **M**agnus ille Socrates Philoſophus (cuius ſapientiam quondam plurimum celebravit Apollinis oraculum) ſententiam quandam protulit ſe dignā. Ea eſt, Auditores. Si preconis voce è theatro iuberentur fullones & ſutores omnes ſtare, ij aſſurgerent ſoli, qui artes illas profitentur: ſi uero, ſapientes cunctos conſurgere, omnes omnino ilico ſtarent. Etenim tam altas egit radices in animis mortalium temerata præſumptio ſui, ut quiſque, quanquam ſtolidiſſimus, retur ſe nihilominus ſapientem. Sic frequenter euenit, ut occurrente de iuſtis ſermone, quiſque ſibi adblandiens ſe eorum numero iungat: rurius ſi peccatores commemorentur, omnes ſibi ultra æquitatis metam applaudentes (ſetiam ſceleratiſſimi) peccatorum ſe expungunt albo, ſurdumque ſimulant, quaſi quod dicitur è re ipſorum non eſſet. Quò ſit frequenter, ut omiſſa correptione & reſtitutione vitæ demergamur altius cæno delictorum; ulterius uergentes pedem implicemur magis magisque labyrintho ſexcentorum errorum. Namque ſicuti non noſſe ſe ægrum, non ſolum impedit ſanitatē, ſed etiam incremēta dat malo; ita peccati ignorantia, addit fomitem, libertatem, temeram delinquendi audaciam. Non animaduertere ſe peccare, incendium eſt occaſio, eſt maioris audacia, aiebat priſcus quidam.

Oēs uolſe ſapientes & iuſti uide-ri.

Sophocles

Initium eſt ſalutis notitia peccati; egregiè mihi hoc diſſo uidetur Epicurus. Nam qui peccare ſe neſcit, corrigi non uult. Deprehendas ta oportet, antequam emendes. Hæc Seneca.

Propoſiti- cōcionis

Ut ergo nō tepeat, nec ſordidè pigreſcat ſenectus, ra-

ra totum parabola huius decursum in iuniores omnino collimatum præ grandæua ætate & annorum numerositate nullatenus ad se spectare; prudenter actum, si missa repetentes commonstremus plenè hac luce, peccatores omnes adolescenturire, excutiendo epitheta, & connotantia adiectiua, quibus probati scriptores, adolescentiam exornarunt: recensendo quasi catalogum & seriem potioris numeri qualitarum & inclinationum cæcæ iuuentutis; ac eodem actu declarando ut eadem concurrant in peccatoribus omnibus. Eia, cuncti, iuuenes & senes aurem præbeant attentam huic concioni, spectanti ad omnes æqualiter, utique peccatores omnes: cum non sit tanta sublimatus sanctitate quem non attingat quandoque peccati labes, neque detur tam senex & aridus, qui non reuifescat & repuerascat, pattans noxam annositate sua indignam. Atque mecum sub decursum huius decursus demiremni elegantiam, eloquentiam uel Christi, qui tam concinno concisoque stylo peccatorem sub adolescentiore conclusit, sub exiguo uel complures impij inuoluens proprietates. Verè *namquam homo sic loquutus est.* Dicamus uerò

AVE MARIA.

Ioan. 7.

Adolescentem dicere, & peccatorem idem.

\* Horat. Tuscanella libello epith. adiunct. Ciceron.

Iuuentus feruida.

2. Ne quispiam sibi à senectute applaudens, auerferetur ab his concionibus, quasi solum adolescentem respicientibus, statuimus & tenemus (uti supra crebrius repetitum est) adolescentem isto figurari peccatorem dicimus amplius (spectatis epithetis & ordinarijs nominibus, quæ scriptores probati adijciunt passim uoci adolescentis) quod dicere quempiam adolescentem, nihil propriè aliud sit, quam adpellare peccatorem, & mancipium peccati. Nunquam aduertistis mecum, & cum aliis, magnum illum Romanorum Oratorem Ciceronem, nunquam aut rarissimè uti dictione adolescentiæ aut iuuentutis, quin statim lateri eius dextro uel sinistro iungat adiectiuum *feruida*? Seneca quoque sequutum dicendo; *Regenda magis est feruida adolescentia*? Quod Claudiano nobili Poetæ dicatur *ignota*? Quod Mätuano, *ardès*? Quorsù? Nequaquam, aut fallor, solum quia calor naturalis, ut aiunt medici, in ipsis

amplius viget quam senibus; sed & quia ardens, id est, ardēter cupida corū ad quæ à passionibus suis impellitur; pro recepto more loquēdi latinorū, qui infiniti-uo ardere, exprimūt summū desiderium, & affectatam concupiscentiam alicuius. *Ardet abire fuga, dulcesque relinqueret terras*, ait Virgilius in hoc significato.

Virg. 9.  
AEnid.

Idem Cicero adpellat *libidinofam*, voluptatum suarum seruam, sui iuris: item *intemperantem*; subitam, sui ipsius non dominam. Nōstis, o Docti, *Libidinosam & intemperans adolescentia effatum corpus tradit senectuti*, inquit Cicero.

Libidino-  
sa.  
Cic. de Se-  
nect. Idem  
l. 1. epist.

*Odia illa libidinosæ & delicatæ iuuentutis.*  
Claud. Claudianus, vir eruditus, haud nouissimus Poetarum latinorum, non inat *petulantem*, id est, quæ non potest, aut potius non vult desistere à malo, tum dicto, tum facto.

ad At-  
ticum.  
Petulans.  
Hieron.

S. Hieronymo scribenti Nepotiano, est *lasciuus*: optimè sunt enim adolescentes, ad instar equulorum prurientium, & aliorum animantium nondum cicurum; quæ primis annis aliud cupiunt nihil quam lasciuire, cursitare, exilire: quò fit vt animus corpori no-uello inclusus sublit periculo labendi in sexcenta sce-lera: haud secus ac verendum puero, si attentauerit domare & exagitate equos indomitos sine habenis, subicibus pedaneis, ephippio scitè constricto, ne allis cervicibus pereat.

pa. 1. epist.  
ep. 7. ad  
Neopo-  
titanum.  
Lasciuus.

Noster Maotuanus dicacior est, & quodam loco ac-crius mordet, dicens interdum *altricem scelerum*, interdum *insanam*. Nomina aurem ista, & scita epitheta omnia, adaptari possunt facillimè peccatori, vt nihil melius.

Altrix  
scelerum.  
Insana.

Quid enim ardentius, quid fermentius in suis affe-ctibus peccatore? Quid aliud affectus nostri omnes & passiones, quam ætus, ignis, flammæ viuaces, cor-  
pus & animam vrentes, & in fauillam redigentes? Pec-  
catores, inquit David, *Exarsurunt sicut ignis in spinis*. Ec-  
clesiasticus ait: *In ventre impij ignis ardebit*. Itaias vates  
differens de impietate, ait: *Succensa est quasi ignis impie-  
tas, veprem & spinam vorabit*. O peccata! O flammæ!

I.  
Peccato-  
res vt fer-  
uentes.  
Psal. 117.  
Eccl. 40.  
Isa. 9.

vt ad normam veritatis sermones componamus, estne inter septem peccata capitalia (merito mortalia dicta, quod animis mortem inferant) quod optimè dicamus ardorē, ignē, flammam (excepta acedia, qua videtur cinis & fauilla cæterorum?) Si superbiam allegauero, an non ignis, & concupiscentia ardēs propria excellentia? Si auaritiæ sit mentio, quæ aptior dicitur exprimendæ alterationi & siti vehementi auri & argenti, qua discruciantur animi Tantalorum illorum, qui ardere, feruere, æstare auaritia? Huius testes mirorunt periti scriptores omnes qui cupidinem lucri & opum terrenarum immoderatam insinuare volentes, ferè alijs non vtuntur verbis, quam feruere, ardere, auaritia. Horatius:

Horat. l.  
epist.

*Feruet auaritia, miseraq; cupidine pectus &c.*

Claudianus libro 1. in Rufinum de eius auaritia:

*Plenus sauitia, lucriq; cupidine feruens, &c.*

Paulo post:

*Ardebit maiore siti.*

Quoad luxuriam, quis ignoret ignem & flammam, cum nihil sit propius accedens ad naturam ignis materialis, quam malum istud vndique consumens? Illi pronuntiarunt vnanimiter Poetæ omnes Græci, Latini, Galli, qui de hoc æstuante malo differentes, aliud nihil ore & calamo versant, quam ignes, flammæ, rationes, faces, æstus, feruores, ardores, calores amonit, aliaque innumera sexcenta, ex quibus satis constat quid luxuria.

Virg. Bucol.

*Corydon ardebat Alexin, pro, impatienter amabat, ita fit Virgilius.*

Eclog. 2.

Nedum Poetæ docuerunt amorem esse flammam, sed & Philosophi. Quin assererat Xenophon amorem multò ardentiorē & acriorem igne: igne non vrent nisi eos qui se tangunt, & vicina in fauillam reducente: amore verò aducente etiam aspicientes, etiam procul; nec non aspectos. Quò forte spectabat Virgilius cum diceret: *Vritq; videndo femina.*

Prouectiores in Philosophia nostra Christiana patris nomine eā signant, vt S. Hieronymus in quadā sua epistola

sola hoc modo exclamans: *O ignis infernalis luxuria: Ecce igne, cuius materia, gula: en lignu; cuius flamma, superbia: flammam; cuius scintilla prava colloquia: scintillas; cuius fumus, infamia: fumus; cuius cinis, immunditia: cineres; cuius finis gehenna!* O ignem ardentem! O viuidas flammam! demum ad multo aciores & intolerabiliore, deducetes!

D. Ambrosius libro 4. in Lucam, sub finem: *Nec mirum febre amoris esse dixi in qua calor. Itaq; illa, animi febris, hoc corpus inflamat. Febris enim nostra, auaritia est: febris nostra libido est: febris nostra, luxuria est: febris nostra, ambitio est: febris nostra, iracundia est.*

Deinde anatome quorundam nostrae etatis, hoc calore aestuatio, nobis est argumento sufficienti. Petrus Boystuanus Lauzari dominus scribit se inter fuisse dissectioni suae anatomiae quorundam, quos constabat pra amore defecisse. Ipsi dicit viscera retracta, ept omnino alteratum, iecur fuliginosum, pulmones adustos, cerebri ventriculos laesos fuisse, crediderim, ait ille, eorum animos coctos & tostos, vnde? Ab aliquo igne dubio procul, aut re alia simili, cui necessario quaedam virtus inest calefaciendi & vrendi, nec enim alteri dari potest quod non habetur. Id autem aliud erat nihil praeter amore; amor ergo, & concupiscentia carnis, ignis est & flamma. Ad ampliore porro horum certitudine, adiciamus subscriptionem & sigillum Spiritus sancti, qui refertur ut Holofernes amore iudith tentoriu suu ingressa captus, ad eius anhelaret amplexus, ait: *Cor autem Holofernis concussum est; erat enim ardens in concupiscentia eius.* Si ardebat, quis dubitet ab igne passum? Si igitur amor, & libidinis passio ignis est & flamma; ardere facit & feruere quos attingit, & q se ab eo domari ferunt, qui & peccatores. Exinde certis conuenientiam adolescentis & luxuriosi, quibus aequè conuenit epithetum & adiectiuum aestuantis, aut feruidi.

De homine iracundo solum non intendo sermonem, quo probem conuenire feruore cum adolescente: vix enim phrasia alia sine elegancia passim occurrit inter Latinos ad exprimentum hominem iratum, quam si dicas: *Accensus est ira. Subitus exarsit in iras. Aestus irarum.* Neque vide-

l. 3. sui  
theatri.

Iudit. 12.

videtur reluctari textus sacer, iracundiam multis in locis dicens modò ignem, modò ollam feruentem.

*Job. 41.*

*Sternutatio eius, splendor ignis; & oculi eius, ut palpebra diluculi.*

*De ore eius lampades procedunt, sicut teda ignis accensa.*

*De naribus eius procedit fumus, sicut olla succensa atque feruentis.*

*Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.*

*Jerem. 1.*

Similiter Jeremias: *Quid tu vides? Ollam succensam ego video, & faciem eius a facie Aquilonis.* Ipsi Phisici omnes testantur choleram esse sanguinem feruentem, ex omnibus corporis partibus collectum circa cor, vnde feruores, ætus, calores isti sanguinis humani, nisi quidam lateret ignis; eo modo foveus & accendunt. Strabones & cæci manifestè cernunt iram non aliam esse quam flammam, dum visitur iratus vultu accenso velut ignis, fumus è naribus densos euaporans, oris spumans, fulminans verborum horrendorum tonitrua, & ab oculis nescio quas emittens scintillas. Prefectò feruentes illi micantesque oculi, non persuadent vnquam interius non esse faces, quarum lumine exterius micent & scintillent.

Inuidum quoque flammis non torqueri, non dubitem. vultus pallens & extenuatus, quem communiter deprehendo in liuidis, ac si ardoribus solis penitus esset adustus, satis superque testatum relinquit.

*Epist. 2.*

*Inuidus alterius rebus macrescit opimus, ait Horatius.*

*Lucret. 3.*

*Lucretius: Macerat inuidia. Ouidius:*

*Ouid. 2.*

*Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.*

*Metam.*

vnde quæso liuidorum macies ista corporis? vt estiuus æstiuus intrante sole caniculam gramen exsiccat, extenuat, arefacit, vernantem adurit virorem; ita arbitrèr, splendorem virtutis & gloriæ alienæ adurere corda animosque istorum, & suffocare omnem speciem, omnem decorem vultus, pallentes, euuidos, flaccidos efficiendo.



Gulam si proferas; digito palpat mundus totus gulosum aestuare; & nescio quem rogam in stomacho eius foueri, qui sicut ipsi prouocet extremam, cui iugis refrigeratio necessaria sit, uti fornaci vehementer succense; ast quæ plerumque maiorem suscitatur æstum; quemadmodum aqua modica carbonibus fabri ferrarij superiecta, ampliore asperiore uel producit ignem. Itaque peccator omnis, quemcumque delegeris, potest dici æstuans & feruens; unde inferimus à Christo peccatorem eleganter dici adolescentem. *Nunquam sic homo loquutus est.*

Si quæras nunc, qua ratione peccator omnis diceatur libidinofus (qualem esse regulariter diximus adolescentem) respondeo, peccatorem quoties peccat, toties suam comprobare libidinem; cum omne peccatum sit spiritualis libido, per quam misso nostro sponso Deo, adulteramur cum diabolo. Hinc peccatores frequenter in sacris litteris dicuntur adulteri & fornicatores: Peccatum, quasi *pellicentum* dicas, secundum ætymologiam latinam. Nunquid David: *Ecce qui elongant se à te peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te* ubi mandandum veritatem hebraicam uti dictione signante idem, quod *scortari*, lupanaria frequentare. Ita Oseas Propheta monet peccatorem non exultare quod se voluptatibus potitus suis, quia fornicatus non sit cum alio, quam Deo, id est, ubi deliquerit, quo in loco eadem voce utitur Hebræus: *Noli latari Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es Deo tuo.* Certissime, quid aliud honores, opes, voluptates omnes huius vitæ quam pellices omnes & scorta, varijs illecebris nos demulcentes ut coniugij cum Deo inini fidem præstitam soluamus? Nunquam legistis, *Sponsabo te mihi in fide*, ô peccatores, ô fornicatores? Quis non videat?

Deinde, de ipsorum intemperantia, quis dubitet? Si intemperantiæ est non abstinere à vetitis, aut potiri utique immoderate aut præmature licitis; effugiatne peccator intemperantiæ notam, amplectendo crebro sibi interdicta? Fruens toties permissis & licitis tam effusus? *Anxiè peroptans innatare & immergi medijs deli-*

Peccator libidinofus.

Psal. 72.

Osee. 9.

delitijs hic infernè, vbi non est locus nec conclaue delitiarum; non plus quam vita hæc tempus est & mellis voluptatum: Quod si forte moneatur, & carpatur, obtrudet, se non posse desistere: Fateatur potius se non velle, & credimus ei; hæc ratione se dignum reddet nomine intemperantis & petulantis. Sicut vacca lasciuia declinauit Israel.

Eccl. 4.

Quid dicam, quod non sit satis ipsi viuere effusè, & petulantèr quoad se; sed quod (ad malitiæ suæ complementum) alios demulceat, vt pertrahat; aut foueat confirmetq; in malitia, quos iã demersos deprehendens non solũ factus eis laqueus, lapis offensionis & petulantia; sed volũtate ad hoc delibet; tã à mente est alienus, & tam insanè amore peccati captus: *Insana & aliter scelerum.* Nonne conuenientia maxima primorum epithetorum & adiectiuorum titularium adolescentis & peccatoris?

Veniãmus nunc ad epithetum & nomen potissimum q̄ superiori cõcionè mōstrauimus cõuenire adolescenti, mundusq; totus vno ote ipsis tribuit; nomen ingratũ stulti; cõpetimus certè hoc solò nomine Christũ fertissimè cõparasse peccatorẽ adolescenti, vtq; quibus nihil magis proprium quam stultitia. Neque miremini Auditores, me diutius detineri explicandæ stultitiæ peccatoris. Namq; in Ecclesiaste restatur Solomon, se aliquando operã dedisse inuestigatiõni stultitiæ & prudentiæ hominum. *Dedi cor meum vt scirem prudentiã atq; doctrinam, erroressq; & stultitiã.* Notat

Eccl. 1.

Hieron.

tom. 7. in

1. Eccl.

stultitiã Super quibus verbis dicit S Hieronymus primũ gradũ sapientiæ esse, stultitiã carere. *Contrarij contraria intelliguntur. Et sapientia prima, est stultitiã carere. Stultitiã autẽ carere non potest, nisi qui int̄ ellexerit ea.* Quare haud abs re fuit agere de stultitiã peccatoris.

3.

Deuter.

32.

Porro, omnem peccatorem esse stultum & amotem, vix aliud quicquam canunt Scripturæ. Non ministris eorum quæ dicit Moyses arguens populum suum ingratiitudinis & obliuionis beneficiorum Dei. *Gens absque consilio est & sine prudentia. Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent! Quid hoc absque consilio, sine prudentia, aliud quam aperta*

verbis exprimere stultum? Populus autem iste propter peccata sua talis comprobatur; sequitur, ergo peccator est stultus.

*Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus* 1. Cor. 2.  
*Dei stultitia enim est illi.*

*Vsquequo stulti ea quae sibi noxia sunt cupiunt, & imprudentes odibunt scientiam?* Prou. 1.

*Haccine reddis Domjno, populus stulte & insipiens? Nō* Deut. 32.  
adueritis peccatum dei communiter in sacris litteris stultitiam; & nos dicamus regulariter quempiam stultitē egisse admissio enormi crimine? Propheta David, aegens de adulterio à se commissio cum Bethsabe vxore Vriæ, & subsequuto homicidio, expressè peccatum suum nominat insipientiam: *Putruerunt in fit, & corrupta sunt cicatrices mea à facie insipientiae meae.* Et alibi: *Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita.* Igitur, si albedo parieti inherens parietem denominat album; & Aethyopem denominamus nigrum à nigredine ipsi inherente; non enūtiabimus peccatorem stultum à stultitia quae in ipso est? In trepidè peccatores omnes pronuntiabimus stultos, quādoquidem hoc nomine eos insigniat textus sacri. *Qui non istiusmodi dicamus, qui se tales ipsi denominant? Etenim in libro Sapientiae, vbi agitur de lamentis, gemitibus, planctu, geminandis tandem ab impijs reprobis, non verentur aperte se fateri tales. Hi sunt, inquit, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem impropere. Nos insensati, vitam illorum aestimabamus insaniam.* En testimonium quod impij ipsi perhibent de se, & de ijs qui laudabiliter se habuerunt in hac vita. Imò verò Ethnicorum Philosophorū gymnasia, neminem dicunt sapientem nisi probè viuentem; nullum stultum, praeterquam peccatorem. Rogatus magnus Socrates quinam dicendi essent desipientes, dixit: Ij qui facile & leui de causa offendunt: sapientes autē sunt, qui secus. Scrutamini quid propriè significet insipientia, germanam eius proferte definitionē suae descriptionem, mox subscribetis mecum ea redūcare peccatorem; & totius orbis insipientissimum

concedetis: Luber audire quid connotet stultitia? Nihil aliud, ut arbitrator, quam defectum & eclipsum sapientiae; quo hominis mens sic retunditur & hebetatur, ut omnes suos actus à iure & ratione dimoueat.

Eum quoque dicimus insipientem, qui hanc patitur eclipsum, & habenas laxat affectibus suis, contra rationis dictamen. Iuxta definitionem Laetantij Firmiani in institutionibus diuinis: *Stultitia est in factis delictum*.

*Laet. l. 5. instit. cap. 13. Macr. per ignorantiam recti ac boni erratio.* Et Macrobius in somn. Scipionis: *Est politica prudentia ad rationem*.

*l. 1. in som. Scip. 6. 8. normam qua cogitat. quaeque agit uniuersa dirigere, nihil prater rectum velle vel facere, humanisque actibus*

*quam Diuis arbitrii providere. Prudentia insunt ratio, intellectus, circumspectio, prouidentia, docilitas, cautio. Deperere ergo nihil aliud est, quam non videre, aut cecesse in luis tebus.*

*Quid verò caecius peccatore habet mundus? Vates regius nunquid dicit, Nescierunt, non intellexerunt, in tenebris ambulant? Sapiens Salomonis sapientis Regis natus, eodem Dei spiritu impulsus, confereas iustum cum peccatore per antithesim, conuans patri, dicit sapienter iuxta ac verè: *Iustorum**

*ta quasi lux splendens, procedit & crescit usque ad praelam diem: via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruat.*

*Id est: In omnibus actibus eorum splendet sapientia, dominatur prudentia, & ducatum praebet: impiorum*

*tem caecutiunt in omnibus. Deus quoque loquens de peccatis Israelitarum sub nomine Ephraim dicit: *Et**

*Etus est Ephraim quasi columba seducta non habens*

*id est, sine intellectu (ut legunt nonnulli) intelligentia & prudentia carens.*

*Ambulabunt ut cæci quia Domino peccauerunt. Tanta caecitate periculus est peccator, ut cæci nomen datur ipsi proprium, nec cuiquam possit alteri*

*quam conuenire. saltem tam appositè Sermonem dicens Deus de Judaeorum infidelitate, per quam in Oceanum aliorum scelerum precipites ibant, interrogationem geminat in Isaiâ, dicens: *Quis cæcus, nisi**

*uius meus & surdus, nisi ad quem nuntius meos misit? & cæcus, nisi qui venundatus est? Et quis cæcus, nisi*

*Domini*

*Isa. 14. Luca 12. dicitur auaro: Stulte, hac nocte repetent &c.*

*Isa. 14. Luca 12. dicitur auaro: Stulte, hac nocte repetent &c.*

*Isa. 14. Luca 12. dicitur auaro: Stulte, hac nocte repetent &c.*

*Isa. 14. Luca 12. dicitur auaro: Stulte, hac nocte repetent &c.*

*Isa. 14. Luca 12. dicitur auaro: Stulte, hac nocte repetent &c.*

Domini? Sub quaestionibus & responsionibus istis, sentio & conspicio delitescere, magnum *Nemo*; quasi, ex sententia & iudicio Dei nemo melius mereretur nomen caeci, quam peccator Ipsi Poetae, effusos & excedentes quocumque modo nominant caecos, animo habetis & caecutientes:

*O caecas hominum mentes! O pectora caeca!*

Quis scit an opacitas tenebrarum in vniuersam Aegypti regionem effusarum, non tam respiciat excacationem mentis ipsorum per flagitia sua, quam vindictam & iustitiam visibilem Dei, in barbariem tyrannicam Regis? Quid mentis caecitas, nisi insipientia mera? Peccatore itaque hac caecitate icto, nunquid non sequitur eum quoque verè insipientem esse? vocet in dubiū cui liberit; ego verò existimem semper, quod quicumque transgreditur leges creatoris, aliter denominari non queat quam inspiens, & mentis inops. *Omnis malus ignorans*, ait Aristoteles. Et Salomon: *Errant qui operantur malum.*

Ignarissimi omnium ita sentiunt, etiam insipientissimi (tametsi eligant malum neglecto bono) qui nihilominus praefereunt malum bono; quod ipsorum iudicio videatur praestare bono quod reiiciunt. *voluntas secundum naturam quidem boni est, praeter naturam vero mali: & vult natura quidem bonum, praeter naturam verò, & ex mentis quadam eersione malum.* Ita Aristoteles. Cumque nihil sit noxium magis, nihil infelicius peccato: rursus, nihil vtilius, nihil beatius virtute: sequutus sua desideria peccator, laxatis habenis post peccata velociter currens, atque virtutem, quasi pestem, aut contagionem aliam fugiens, iudicio Philosophi; totius orbis sententia (dico circumspectiorum) imò, placito stultiorum & imprudentiorum, prudentiorum autem in hac re, peccator, inquam, est omnium stolidissimus. Quis enim non censeat fatuum, componentē omnes actus, conatus suos omnes praeter aequitatem & rationem? Quis inficietur peccatorē insipientem, transgrediendo decreta & constitutiones Dei sui, quae aliud quā ius, equitas, ratio, quia norma & libella

*Arist. 1. 7.  
Ethic.  
cap 10.  
tum qui  
prudens  
ut, simul  
& probū  
esse mori-  
bus ait.*

*Arist. 3.  
Ethic. c. 1.  
Et. Ethic.  
Prou. 22.*

*Vide Aug.  
deductio-  
nem ser.  
de Inno-  
centibus,  
Arist. 1.  
Et. 5.  
III.*

*Psal. 118.*

*Arist. 10.  
Met.*

*\*Tantum opinio de Pythagora praeiudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas.*

*Vide Cicero l. 1 de nat. Deorum.*

*Valer. Max. 5. c.*

*IV.*

*V.*

ad quam omnis aequitas conformari & aequiparari debeat? *Omnia mandata tua aequitas*, ait Vates. Quocumque enim statuit & decrevit voluntas divina, non potest non esse rectum, & vndique tale, quale volumus aestimare. ut enim in omni genere, quod primum iure est, est norma & regula omnium quae sub eodem genere continentur; *In omnibus generum speciebus est divina ad unum quod sit metrum & mensura omnium quae sunt in eodem genere.* inquit Aristoteles: ita, ex sententia Theologorum Deus creator & opifex omnium, est perpendiculum, linea, regula infallibilis totius aequitatis, sapientiae, perfectionis omnis: omneque quod dicitur iustum, pulchrum, bonum, tale est, & tale credendum oportet; inulto magis quam crederent discipuli Pythagorae theses & opiniones eius esse verissimas; in disputandum contenti allegasse, & ipsos ipsa, ipse scilicet praceptor Pythagoras. Quicquid ergo componitur ad sapientiae divinae perpendiculum, mala est fatuitas & insipientia. Constat porro nihil incurvum, nihil remotius a rectitudine sapientiae illiusquam peccatum; igitur concedatis lubentes necesse est peccatorem insipientissimum. Adhaec, si amentem verè iudicamus eum, qui probat & sectatur quae pro viri non solum non quaerunt, sed horrent summe, errantur, & pedibus, manibusque iudicant fugientes: statuendum est mecum peccatorem desipere, qui quaerit, sectatur, amplius dicitur, ambabus vlnis complexum peccatum, quod Deus Creator fons inexhaustus sapientiae iudicat abominandum super omnia. Si stolidum, & amentem iudicamus, qui ipse sibi cogit, congregat mare miseriarum & arumnarum, quia propter rationem & instinctum naturae operatur, quo impellimur ad conservationem & protectionem nostram, & ad inquirendum facientia & necessaria in eum finit Deus bone, quae amplior insania quam committit peccatum, quod solum existimandum miseriae miseriarum, utique vnica origo, parens, fouens aërum nascentes, praeteritas, praesentes, futuras, omni rationi

creatura, tam Angelicæ quam humanæ? Principio ge-  
neri animantium omni ut te, vitam. corpusque tueatur,  
declinet que ea, qua sibi nocitura videantur &c. Quate-  
rem libenter ab aduersarijs, quam ob rem animantia  
iuncta præter hominem sunt stolidi, & irrationabilia?  
Arbitretur hominem omnem (ni & ipsi irrationales  
sint) responsurum, potissimum quia non meminerunt  
præteritorum; quia non disponunt de præsentibus ex  
industria & consilio; quia nulla ipsis est prouidentia,  
præuidentia, prouiso in futurum.

Aulus Gellius lib. 13. nocturnum Attic. cap. 8. dicit  
Afranum Poetam verissime sensisse vsu & memo-  
riam esse parentes sapientiæ, quod scilicet acta oportet  
meminisse, & ex ijs sapere, versus Afranij: *vsus  
me genuit, malis ex peperit memoria, socias vocant me Gra-  
ui, vos sapientiam.*

Publius Mimus: *Discipulus est prioris posterior dies.*  
Ita est. Si ideo dicuntur irrationabilia & impruden-  
tia; quare non adstruamus peccatorem eiusmodi, in  
quo concurrunt omnes eclipses & deliquia? Quare  
sapitne, aut rationalis est, qui non meminit vnico pro-  
teritiæ actu præcipitæ in mentibus Angelorum,  
nobiliorum & potissimorum ministrorum Creatoris, a  
summo felicitatis fastigio, in malorum omnium abyf-  
sum præcipites datos? Deus bone! Composne mentis  
is, cuius memoria excidit citissime protoplastos ino-  
bedientiæ actu vnico, eiectos vna cum posteris paradi-  
so illo voluptatis, miraculo sanè hortorum torius or-  
bis, actos in carcerem, & demersos profundo miseriæ,  
ex immortalibus factos morti subiectos? Quid obli-  
uio præteritorum, si non, quando atrocissima supplicia  
sumpta quondam de peccatoribus non redeunt ad  
memoriam, quo velis remisque fugiantur? Ait qui-  
dam:

*vel piscator ictus semel sapit:  
vel pestilente flagellato, stultus sapientior erit.  
Qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo,  
Omnibus vnica cibus ara subesse putat.*

VI.

Isa. 14.

Gen. 2.

Peccator verò toties increpatus, toties correptus propter peccata, mox ut exigua sese offert voluptas, nullatenus fugit, offendit centies ad eundem lapidem, similis Troianis; qui crebrò decepti & circumuenti æstu Vlyssis, non valuerunt declinare dolum postmum funestum; nempe immentum illum equum instar montis, quanquam moniti, & Litor Laocoön conclamaret:

Virg. 2.

*O miseri, quæ tantæ insania, ciues?*

*Æneid.*

*Creditis auctos hostes, aut vlla putatis*

*Dona carere dolis, Danaum? Sic notus Vlysses?*

Quid prudentius peccator, qui (tamenti haud igitur ret dolum & astum diaboli; sciat ut fallaces, mentesque sint promissiones mundi & carnis; crebrò ingeneratur ipsi, ut autem non præbeat eorum persequenibus; nihil ob oculos collocetur præter mala & supplicia quibus oppressi fuerunt quondam aliqui propter peccata, originem ducētia à fraude eorum) nihilominus audit, & operi mandat placitum hostium, potius quam amicorum; aded ut non solum lentè & pedetentim insequatur peccatum, sed, dicente Scriptura, *Currunt pedes eorum in malum?*

Sap. 1.

*Iniustitia, mortis acquisitio, impij autem manibus & verbis accerserunt illam.*

Psal. 13.

*Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem*

Psal. 49.

*Si videas furem, currebas cum eo, & cum adulteris passionem tuam ponebas.* Sicque comprobatur peccator verè stolidum, ad instar brutorum, immemor calamitatum & plagarum quæ euenerunt per peccatum, quæ ab eis summo perè caueret.

Terent. in

*Et prudens sciens, vitius, vidensque pereō.*

Eunuch.

*Heu, mihi sacrum est omnino malum, Bonum*

Menæder.

*dere, non uti tamen ipso.*

Ouid. 7.

*Videō meliora, proboque, deteriora sequor.*

Metam.

Quid eloquat nunc, ut de rebus suis præsentibus disponat, in quarum bona vel præpostera dispositione elucet maximè hominis aut prudētia, aut insipientia. Si huic articulo inhaesero, omnes facillè concederem peccatorem stultissimum; neque hoc solū; sed & plurimam

quam



quam velim, scilicet pluribus eorum, qui sapientes & consulti ducuntur in summo gradu, inesse haud minimam portionem insipientiae, quae plenaria deprehenditur in peccatoribus. An non perperam rebus suis providere diceretur ea familia, quae habita oportunitate adiungendi multas possessiones suis exiguo pretio, & aequiter, non studebit erogare in eas pecunias suas potius quam perdere? Aut si aere multo constringitur alieno, non contendet eo se eximere, maxime si suspeditur unde; potissimum si certo exploratum habeat subsequiturum tormentum, ni fecerit? Omni etenim tempore, omni aetate receptum fuit prudentiam aut imprudentiam hominis observare ex captata vel non captata occasione faciendi vel non faciendi bene aut perperam aliquid. Probè novimus verò, ex omnibus possessionibus, ex alijs bonis cunctis quae potest sibi acquirere homo, non dari certiora, uberiora, expectatione sua possessores minus frustrationia, quam aeterna, de quibus S. Paulus & Isaias dicunt, quod, *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus diligentibus se* Scimus quoque Deum praedia ista exposuisse auctione publica addicenda, tenuissimo pretio, voce praeconum, Prophetarum suorum; ut se exiguum tempus labilis vitae huius & brevis obsequijs eius devoveamus; quo exiguo pretiolo, non obstante, quod non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam; & nihil sit collatum ad praestantiam praediorum, gratia sua satisfactum sibi ducit: Non impendit peccator vitam hanc officijs & ministerijs divinis: igitur suam dementiam comprobat, non arripiendo capillitium anticum occasionis opportunae. Scipse vincit sensu & intellectu destitutum, malens tempus perdere & decoquere, quam feliciter ad usuram dare. Perdere, inquam: quod enim non erogatur in adeptionem hereditatis istius, verè perditum est, & avolat irrevocabile. Alarum est tempus, fulgure leuius fertur, nunquam reversurum.

1. Cor. 2.  
ex Isaias.

VIII.

Virg. 3.  
Georg.  
Ovid. 3. de arte.

*Fugit irrevocabile tempus.  
Nec qua praeterijt cursu revocabitur vnda.*

I 3

Nec

*Nec quæ præterijt hora redire potest.*

Seneca libro i. epist. i. Turpissima temperis est inactio, qua per negligentiam fit. Et si votueris attendere, magna vite pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Nihilominus nihil dicit illud peccator, neque vilius quippiam in tabernaculo contiueri putat: hinc tres, quatuor hora in crapula insumpta, nihil ipsi sunt; eisdem, nisi immoderate conuiuijs, commestationi, nihil: tres, quatuor autem capellenda aurea amasiæ cuiusdam, & procando pensis, potius quam studio acquirendi gratiam Deum nihil.

Quærit, ô vesaniam! quærit, quibus insumat tempus? Qui diem terat? Misceamus colloquia, inquit, adamus, choreas ducamus, ne peius dixerim, donec effluat hora. O vesantum! O prodigum! Nihil pretiosius tempore; ast, cheu! ah! hoc tempore vilipenditur magis. Effluit & auolat salutis dies, & nemo tendit; quæritur nemo diem fugere, nunquam futurum. verum vt capillus ne vnus de capite periret hominis; ita ne instans, ne momentum temporis fluat, cuius Deus rationem non exigat. | asbat opus, sanctus Bernardus. Nil pretiosius tempore. Et hoc nil hodie vilius inuenitur. Transiit dies salutis, & non recogitat: nemo sibi perire diem & nunquam rediturum fatetur. sed sicut capillus de capite sic nec momentum periret de tempore.

*Bern. ser.  
ad Scho-  
lares.*

Quæris demens, quibus infamas pretium beatitudinis æternæ? Peris, quibus tempus per diem illas, quo permutare, aut comparare potes immortalis dies? Attende, quid cõmuniter respondeamus peccatoribus, decoquentibus bona, quibus primum conditoribus satisfacere debuerant; repende miser, repende æs alienum primum; postmodum splendidius vitæ licebit. Cogita sermō, quod si daretur eternū damnationis aut purgatorij pœnis adiudicatis in multos annos, cuperare & inuenire quod perditum cupis, pensa, quæterent; quibus rebus transigemus tempus? Aut quid insumemus illud? Perpède, an nō ingiter flate

quo tēpore rides: an nō p̄nitentia tunderent pectus?  
dū illud obruere studes comestationum frequentia Ar-  
bitrer atrocissimū omnium tormentū malè habitantiū  
in altero seculo, illud esse magni Marci Aurelij, non  
minus Philosophi quam Cæsaris, qui in extremis con-  
stitutus, & iam animā agens, Paucium qui ipsi à se-  
cretis erat, sic affabatur: Ex omnib⁹ quæ possedi, asse-  
quutus; quibus potius sum, duo mihi supersunt; nem-  
pe cruciatus, quia offendi Deos ( ethnicus loquitur )  
& p̄nitentia temporis profligati, & in vitia im-  
pensi.

*Apopht.  
de M.  
Aurel.*

Plutarchus tomo 1. vit. in Catone Maiore. *Tria se in  
vita admisisse dicebat Cato quorum veniret. Primum,  
si mulieri arcanum commississet: alterum si ed nauigasset,  
quo pedestri licuisset itinere venire: tertium, si qua die  
nihil seria rei egisset.* Et dicit, in quibus ludam otium?  
Solve quod debes tempore isto; pende redemptionem  
animæ tuæ: eroga ingenue quicquid temporis  
habes; nec enim ære alieno liberare te, quibus in ri-  
gore. Ita esse Doctor Illuminatus S. Clinachus re-  
statatur dicens, quod si perpenderemus peccata nostra  
prout æquilibrio perpenderenda forent, persuasum  
haberemus nos pro illis satisfacere nunquam posse;  
tãcti mille annis abstinemus in pane & aqua; quin  
etiã si vniuersum mundum, vt nobis scū pro nobis lage-  
ret, adduceremus; neque quidem si ab oculis nostris  
educeremus Jordanem. Quid enim esse putas, in fit,  
offendere Deū, omnipo: ontē, infinitum, in cuius vul-  
tum intueri non audent absque timore & reueren-  
tia summa speciosissimi Seraphin & Cherubin? *Le Hieron. de  
ue nunquam est, Deum etiam in exiguo contemnere, & in re-  
qui non tantum ad qualitatem peccati respicit, sed e-  
gul Motiam ad personam contemptum. ait Sanctus Hierony nach. c. do  
mus. Forstian parvam estimas culpam. Dico tibi, quod Obedien-  
nec pro minima culpa totus satisfacere mundus posset nisi i-  
Deus ex sua pietate dignetur ignoscere. Hoc & D. Basili Idē ibid.  
us asserit in regula. Sententia illa profecto terribilis  
est, & quæ eomas obrigescere faciat sufficiens, attā-  
men verissima. Et petis, quibus operam dabis,*

*Hieron. de  
gul Motiam  
nach. c. do  
Idē ibid.*

vt tempus fallas; tu cui non vna solum obliteranda noxa coram Deo, sed forè myriades, non qualium qualium, sed ex ordine atrociorum & magis abominandarum; *decem mille talenta*, id est, *infinita peccata*; *saluta*, id est, *enormia gratia*. Cum non sic vita tua mille annorum, sed sis *brevi viuens tempore*, quæris, in quibus transigis otium? O prodigiosam prodigialitatem! O portentosam vefaniam! Peccator miser, dicis tunc tempus?

D. Bernardus serm. ad Scholares. *O donec pertraseat hora quam tibi ad agendam penitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam miseratio conditoris indulgeat! Donec traseat tempus quo diuinam propitiare debueras pietatem properare ad Angelicam societatem, suspirare ad amissam hereditatem, excitare remissam voluntatem, flere commissam iniquitatem!* Hoc itaque loco euidenter propter peccator vt sensu & mente sit vacuus, & ineptus disponendis præsentibus rebus, & quas obuias habet.

Hoc est  
dissipare  
substantiam  
suam.

IX.

Quid eloquar amplius? An non vefaniæ argumentum, rem omnium calculo dignissimam, margaritam pretiosissimam, vilibus distrahere, & cõmutare in rem nullius pretij? Quotusquisque nostrum non iudicat desipuisse Esau, oppignorando hereditatem, & naturale ius primogenitiuæ lentis edulio? Quis vefanus non insimulet protoplastos, quod permutarint paradisum totum, & eo contenta (omitto vitam æternam, & alia plura) poma, sibi interdicto? Et vt ad Poetas veniamus, quis non accuset imprudentem Paridem Regem Priami natum, qui offerente Minerua sapientiam singularem; Iunone regnorum & opum claritatem; Venere, speciosissimam adolescentem in thoro sociam, omnibus certatim speciosa spondentiibus carnali offusus lasciuia & concupiscentia, potius elegit promissa & munera adulteræ, quæ sibi & suis exitio tandem fuerunt, quam sapientiam Minervæ, Iunonis regna, & Veneris virginem? Pro-

Gen. 15.

Gen. 3.

nuntiemus sententiam in peccatores, & insipientiæ  
condemnemus omnes; fuerint gulosi, vt Esau, aut pro-  
toparentes nostri; libidinosi, vt Paris ( neque enim A-  
lexandrum dixero, tam splendidum nomen immeri-  
tum,) & alia omnia mancipia voluptatum illicitarū.  
Qui non? Distrahunt etenim gloriæ hereditatem, mi-  
nori pretio quam lentis edulio, quam pomo, vt potiā-  
tur Helenæ amplexibus. De gulosis dicere lubet cum  
Jeremia Threnorum 1. *Dederunt pratiofa quaque pro ci-  
bo ad refocillandam animam.*

Plat. 5. de leg. *Nihil terrenum rebus caelestibus venera-  
bilius est.*

Ibidem: *Totum quod super terram, quod sub terra  
est aurum, virtuti compensare dignè non potest.*

De voluptuosis, qui gaudijs & voluptatibus frui  
poterant maioribus & honestioribus, talibus, vt co-  
rū celsitudinem attingere nequeat homo notione, ijs  
scilicet ipsis apparatus in æterna beatitudine, respue-  
runt ea nihilominus spontaneè, vt cœnum & sordes  
amplecterētur deliciarum, quid eloquimur, nisi quod  
idem Vates? *Qui vescebantur voluptuose, interierunt in  
vis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.*  
vt porcus, vt gallus gallinaceus præfert frumenta &  
sordes margaritis, sic omnis voluptuarius. Ac ita de  
peccatoribus omnibus in genere. Neque eorum  
fatebimur amentiam? Profectò, redundant vberi.

Imprudencia illa peccatoris, in præpostera dispo-  
sitione & dispensatione temporis præsentis tam preti-  
osi; & pusillus, quem comprobat se habere, animus  
commutatione improporcionata eorum, quæ iam di-  
ximus, ad memoriã reuocant, vt epitheta, & elegan-  
tes tituli, quo adolefcentes persequitur Horatius, op-  
timè quadrent in peccatores omnes; potissimum hoc  
loco duo, quos hoc versu complectitur.

*Vitium tardus prouisor, prodigus æris.*

Eiusmodi planè est peccator, sibi vitium tardus  
prouisor, prodigus æris, quo sibi acquirat bona æter-  
num perfitura, nimirum tēporis vitæ præsentis. Heu,  
miseros dementes! vt ipsorum vices dolco! Quid agāt,  
igno-

Thren. 4.

X.

Hor. in  
arte.

ignorant; ignorant sanè, discerpentes eo modo scientes videntisq; pretiosum tempus. *Nesciunt quid faciunt.* Heu miser! Qui enim vos compellem alicui quandoquidem potius emitis & charius vanitate quam veritatem? potius umbram & imaginem quam verum corpus? promptius transitorium, quam permanens. *Nescitis quid petitis.* Si probe nossetis, o peccatrix anima quid tibi, quantumq; depercat, iactura temporis penitentia, comas discerperes, quia rem tam pretiosam nefandè & miserè discerpsisti. Cerneremus te amantem *incorem em stultè præterisse dies.* Si exploratum habes quanti sit valoris tempus præfens conceditū, non postolaueris cuiusquā mouita; tu te ipsam stimulatori ad probum usum tibi, tuiq; similibus allegares verba. *Re tempo r: Operamini dum dies est, venit nox quando nemo potest operari.* Tibi ipsi prædica es, quæ d. Paulus Corinth. j: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Do ministros, si temporis præfatis pretium perpendere non rogatus sed spontè imitaretis magnum illum si Ionem legislatores, dicere solitum, quod discens quidtidie, senesceret: tu quoque conareris discere quod salutem tuam promoueret. Si iusto pretio tempus præfens aestimares, hoc minus sedulus esses quam celebris ille Apelles, solus & vaicus Alexandri pictor. Ut enim diem effugere non patiebatur (quantum alijs grauib; cutis implicatus) quo manum penicillo non admoueret, & nonnullas super tabulis duceret lineas; ita te, Dei imaginem, non fugeret die quo non educeres obliquam & vitiosam lineam peccati à tabula animæ tuæ penicillo penitentia; & quam duceres virtutis figuram, pro opacis & densi criminum umbris. Talis talis esses, si non adolescens & insipiens, & si temporis præstantiam nossetis. *Ostendite res donum Dei!* si pusillitatem scires & tenuitatem voluptatum mundanarum; rursus excellentiam & celsitudinem cœlestium; nunquam (pluris enim facio ingenuitatem, & magnanimitatem tibi cœlicus inuicem) nunquā ne leniter peccatum attinger

XX

euperes. Quid ageres, si detractis inuolucris nudatam hinc videres peccati sceditatem; hinc virtutis formam? Peccati sceditas tanta est, ut ipsum solo turpitudinis nomine horruerint Ethnici. Epictetus Stoicus (tametsi seruus & paganus) dicere solebat: Tametsi cecelites hominesque omnes nunquam peccatum meum ne suspicentur quidem, neque vitio vlla subsequeretur illud, delinquere nunquam vellem, ob nimiam peccati turpitudinem. Refert probatus scriptor Aulus Gellius de Philosopho cui nomen Peregrinus, postmodum Proteus cognominato, quem dicit a se vitium a heus, moribus grauem & magnanimum, que sequantur. Is (inquit) inter alia scite ad nos dicta, arcebat sapientem nunquam delicturam, etiam si Deos & homines lateret: nec enim sentiebat cohibendum a peccato animum timore pœnæ aut infamiæ, sed amore æqui & honesti. Vnde colligo arbitratum virtutem esse honorandam, & venustate plenam; rutilis peccatum hinc a diametro oppositum, nefandum & abominandum. In hanc sententiam abicit Cicero, Philosophum agens in Officijs, cuius verba verè aurea sunt, & digna imprimi frontibus Christianorum omnium. Satis nobis, inquit, si modo in Philosophia aliquid profecimus persuasum esse debet, si omnes Deos hominesque colare possimus; nihil inueni avaræ, nihil iniuste a nihil libidinosæ, nihil incontinenter esse faciendum. paulo post, facta mentione Gygis Platonici, instat vehementer huic asserenda sententiæ. Vnde consequitur, peccatum ipsis fuisse summè abominandum, & cum virtute formosa, honesta, amabili directè pugnas; quam si apertam intueri liceret, omnium animos raperet, & in sui amorem nolentes volentes transferret & compelleret. Formam quidem ipsam, inquit Cicero, M. fili, & tanquam faciem honesti vides, qua si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato excitarot sapientia. Ut accipiter laqueo constrictus super aucupis brachio & oculos capistro obuolutus, si per inuoluerum transpiceret aeris serenitatem, id arctè cōstringi nequiret, quin conaretur volitare, & contenderet totis

Aul. Gell.  
1. 2. noct.  
Att. 6. 11.

Cicer. 1. 3.  
Offic. 10.  
Principio.

Cic. 3. Off.  
Plato in  
Phaedro.

viribus potiri aëris libertate: pari modo, si conspiceret peccator virtutis formam, summo studio conatur potiri amplexibus eius; aut si nudatam videtur peccati turpitudinem, cito citissimè procul ab eo difugeret. At, miseriam! Experimento certo compertum verissimum in receptum proverbum, quo dicitur

*Horn. Iliad. 6. 2.*

*Nullus amor turpis:* Non enim erat casta Penelope de formis Vlysses; Et odienti pulchrum nihil; emulo Theasita denigrante & sinistrè torquente gesta heroica, præclara facinora Græcorum. Etsi enim peccata sint spurcicia oppleta, sint nefanda & deestant oculis oculatorum, nihilominus excecatus amor vesano, nullam in eis aduertis fœditatem. ut scilicet præci Poetæ fixerunt amoris Deum velatum oculis. Hoc symbolo monitos nos voluerunt paraboli quemcumque cæca & tæda concupiscentia impulsit illicò orbari luminibus mentis, & priuari cognitionis essentiæ eorum quæ prosequitur. *Quid deceat, non det omnis amans.* O doctas pictorum manus! facti

*Or. ep. 1. Heroid.*

penicillos mirè disertos! qui sine verborum strepitu sermone muto colorum vestrorum oculis nostris obiectorum, ceu auribus nouis, inculcatis, quæ longè verborum resonantium series, & fusus discursus vix narret & persuadeat! Aduertite mecum, Auditores, de tam eloquentiam pictorum præcorum in suis tabulis. Oculis velatum formarunt, & in similitudine pueri expresserunt, insinuantes, carnalium concupiscentiarum suarum seruos illos, & aliorum omnium prauorum affectuum, insensatos esse & amentes. Ethnicus Poeta quidam, quasi interpret tabulæ testat

*Prop. L. 2. eleg.*

*Quicumque ille fuit puerum qui pinxit amorem,  
Nonne putas miras hunc habuisse manus?  
Hic primùm vidit sine sensu viuere amantes &c.*

Admonuerunt, illi, huiusmodi esse sine sensu, sine consilio, sine prudentia vlla, quæ nihil est aliud, quam appetendarum & vitandarum rerum scientia, teste D. Augustino. Itaque destitutus peccator hac scientia prudentia, qua bonum à malo, & de præsentibus con-

*Aug. l. de l. arbit.*



XII.

Prævidere  
mala & ijs  
occurrere  
est sapien-  
tis.

Dent. 32.

uenienter discernitur; quid aliud eloquar de peccato-  
re, fuerit canus, caluus, rugosus annorū numerosita-  
te, quā quod sit merè adolefcēs, id est, amēs & impru-  
dens, uti & hic adolefcens prodigus? Veniamus ad de-  
mentia gradum tertium, qui in eo versatur, quod nō  
prævidetur futura, nec prouidetur conuenienter il-  
lis, prout vera prouidentia, & prudentia dictant. Sapi-  
entem dicimus & doctum medicum, qui dudum  
præuidet & prædicat amico subsequiturum morbum:  
belli ducem explorare scientem hostis insidias, & oc-  
casionem oportunam conferendi captare: nauarchum  
prædicamus peritum, qui procul deprehendit tem-  
pestatem sauiam minitari carinæ: ast qui videt ea sola,  
quæ ob oculos obuertantur, & manibus palpat, indi-  
gnus censendus est specioso prudentis titulo. *Hoc enim  
sapientis est, omnia quæ futura sunt, prouidere,* aiebat  
Plinius quodam loco. Et Cicero: *Id sapientis est, proui-  
dere, ex quo sapientia appellata est prouidentia.* Neque, in  
rigore pronuntiamus perfectè sapientem & pruden-  
tem, qui solūm præuidet futura, neque vltimus gra-  
dam vrget, sed ut sit verè talis, deber quantum potest,  
& patiuntur vires humana, occurrere malo, cuius habet  
præscientiam. Plures inuenias malum præuiden-  
tes, sed huic contrauenire nescientes, similes medicis,  
qui de compositione hominis perire iudicant, sed me-  
dicamina decernere, & remedia applicare non norūt:  
qui quemadmodum perfecti & absoluti non sunt in  
scientijs physicis, sic nec illi verè prudentes. Est itaque  
nota & argumentum imprudentia, non præuidere fu-  
tura; & præuis non occurrere. Ab hoc malo impro-  
uidencia futurorum, anxie cupiebat liberari Moyses  
populum suum, dicens: *Vtinam saperent & intellige-  
rent, ac nouissima prouiderent!* Videtur autem peccator  
euidenter non præuidere mortem, certo certius super-  
uenturam, quanquam incertum sit quo modo, quo  
loco, quo tempore: neque ut rigidum, districtum que  
futurum sit, quod subibit iudicium, cum priuatum  
immediatè post mortem, tum publicum & vniuersale  
in consummatione orbis: nullatenus prospicere sibi

ap.

apparata tormenta (quorum si consideretur atrocitas & rigor, sunt intolerabilia; si multitudo, innumerabilia; si duratio, aeterna) neque sub finem propter peccata sua se auditurum à iusto iudice, *Nescio vos*: deinde eiecit à visione beatifica Dei, quod vltimum exitum quae malorum est, eundem audiet iudicem in uocabilitate fulminantem & intonantem horribili uoce, ut se in infernum recipiat; *Ita maledicti in ignem eternum*. Dicam praeuidere haec omnia, cum qui vni congregat, exstruit, omnia componit tanquam matutinus nunquam? Qui conculcat pedibus leges manus & diuinas, quasi iudex, iustitia, vltio delictorum nulla daretur? Qui omnem spernit virtutem, ac si per hanc vitam nulla sequeretur retributio; redolens uisum falsam fallacemque heresim peruersorum Catois & neotericorum Epicurorum? Nam Ionathas Interpres Chaldaicus dicit occisum Abelem à fratre, quod argenti Caino prouidentiam Dei, infernum, paradisi praenas malorum, gloriam bonorum & similia, in fine ipse Abel bona fide contradixerit. *Ignorat quod vinculum fistulæ trahatur, donec transfigat sagittam eius*. Si enim ista cuncta praeuideret, putem nunquam offensurum. Non putem, sed firmiter credo, in uerbis Dei, dicentis: *In omnibus operibus tuis memora nouissima tua, & in aeternum non peccabis*. vel si peccabis, non tamen in aeternum, id est, obstinatus non es. Affero, quod si ista omnia praeuideret, nunquam peccaret. Si peccaret forte, tum cum haec omnia memoria excidissent; aut spontaneè ea repulisset, obliuio & somnolentum simulans obliuione & somno non praeuideret, aut non praeuideret ista peccator. Si non praeuideret, stultus est & insipiens; si praeuideret, nec promittit & occurrit, sed se precipitem dat in illa, furit & inquit. Quae insania, si haec non sit, seipsum apertis occidere, exploratis signanter modis cauendi, & contra effectum quoad fieri posito in potestate & libertate eius, qui sunt, fugere peccatum, & facere bene? De enim potest qui malum futurum praeuideat, sed ignorat qua ratione praecipuum sit ne vitius

pat; & hic imprudens: alij, media norunt, sed ad opus  
 reducere non valent, præditi potestate superiori,  
 humana aut diuina; & hi non imprudentes, sed impo-  
 tentes, & excusabiles. Postremos qui in mala euentura  
 præuidentes, nec ignorantes media quibus occurrat  
 tur inconuenientibus futuris, & valentes ea ad effe-  
 ctum perducere, non volunt omninò succurrere, sed  
 spontè se obrui sinunt, quia videntes, viuentes in ea e-  
 runt) quo nomine percellimus? Imprudentes dice-  
 mus? Nullatenus. Est etenim in ipsorum potestate po-  
 situm vii modis & remedijs præcognitis. Non alio ma-  
 que pestringam eos nomine quam malignorum & in-  
 sanorum. Quæ. n. inf. nia, quæ malignitas, spontè se se  
 demergere malo iam vt tale præcognito? Namque, si,  
 qui se exponit discrimini mali adhuc incerti & ambi-  
 gui, cuius exstent coniectura nonnulla (vti perfidus  
 Simon instructus à Græcis vt dolo falleret & circum-  
 ueniret Troianos: aut strenuus ille dux Proteuslaus,  
 qui probabiliter cõijciens exitu rei, ausus fuit pedem  
 inferre solo, conferturus cum Troianis: vel vt Hector,  
 quem etiam si consuleret & rogaret Priamus patens  
 in contrarium: genetriz quoque vbera proficens sup-  
 plicaret obnixè; quid alias dissuasisset Apollo, nihilo-  
 minus prorupit sapius certaturus singulariter cum  
 magno illo Græcorum Achille) si isti, & eorum simi-  
 les, exponentes se periculo incerto & dubio, solum-  
 modo quia nonnulla exstat mali species, habiti sunt  
 vesani & amentes; qui non dicamus peccatores fu-  
 ribus, seipsos voluntariè demergentes in mala  
 præcognita & certissima? Naucletum illum, cre-  
 diderim, inuasit furor, qui præuisa tempestate el. ssem  
 soluit, & portu excedit: sur iliter ducè, qui ruit perditè  
 in hostes præcognitis insidijs Peccantes ergò, ex im-  
 præuidentiâ futurorum patiar nominari impruden-  
 tes: ast non ignorantes mala quæ postmodum oppri-  
 ment impios, & valentes remedio præuenire, delin-  
 quunt nihilominus, nò tam benignus fuero in eos, vt  
 dixerim adolescentes imprudètes, sed insanos, furio-  
 sos, à mente alienos. Si cæci essetis, non haberetis peccatū. Ioan. 9.

XIII.

PHIL

nunc autem dicitis quia videmus peccatum vestrum manet. Quoniam verò haud facile arbitrer quinquā peccare posse præcognitis supradictis, non coarctabo in pressè peccatorem; satis mihi fuerit dixisse stultum & imprudentem, quod non prævideat (quomodo se habet adolescens in negotijs suis) extrema euentura male viventibus. Quicumque igitur offendit, adolescens est, fatuus est, insipiens est. *Via impiorum tenebrosa, micrune ubi corruant.*

*Prou. 4.*

*Obiectio.*

*Hier. Oso.*

*6. l. de inst.*

*Commis-*

*sum pec-*

*catum ad-*

*auget ho-*

*minis in-*

*spiciantia.*

*Gen. 4.*

*1. Reg. 13.*

*3. Reg. 11.*

*XIV.*

*Virg. 3.*

*Aeneid.*

*Cicer. pro*

*Rosio.*

Dicit aliquis: etiam graues, spectati, sapientes delinquant. Adferam quod præclarus vir quidam nostri seculi alios sequutus respondet; nempe: *Respondet eos à prudentia deserit, cum peccant. Quid ultra profecto Non solum desipit peccator quando offendit; sed et misso peccato imprudentia sumit noua iugiter inuicem; peccatorem insipientiorem & stupidiorum efficiens. Ignoratis Adamum & Euam ex sapientissimorum insipientie deuolutos, ut putauerint latere se post oculos Dei; neque valerent se veste tegere, ni Deum infantes in incunabilis vestibus amixisset? Saul in inobedientia patrata, in maiores vesanias & furiosum ruit. Salomon ille magnus, ab admiranda sapientia dictus quondam sapiens antonomastice, in uolutus cæno suarum libidinum, quæ suæ non reliquæ mentis & insipientiæ argumenta? & (si fidem habemus Poetarum præcorum fabulis) quis furias Clytemnestrae suscitauit, nisi commissum scelus, eruentando patricidas manus necæ matris Clytemnestrae; quamquam adulteræ, & peremptricis viri sui? Scelerum furiosus agens Orestes. Nostis hæc, vos studijs dediti. Quis rabiæ & furore exagitauit Alemæon, filium Amphiaræi Eriphile? Lycurgus (non ille Lacedæmoniorum legifer, sed Thrasensium tyrannus) vnde in furorem rabiæ? Peremerat Alemæon matrem; & Lycurgus despicere erat potentiam Phæbi, qui tunc temporis (falsò hæc aestimabatur Deus. Crimina, crimina, homines efficiunt à mente alienos & furibundos, in fit doctissimi ethnicus, feruè Christianus: *Sua quemque fraus. Error error maxime vexat, suum quemque scelus exagitat.**

mentiaq; afficit. Idem in Pisonem circa medium: Nolite  
 putare. C. ut in scenā videtis homines consceleratos im-  
 pulsū Deorum terri furiarum tadis ardentibus? Sua  
 quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia  
 de sanitate ac mente deturbat. Ha sunt impiorum furia,  
 ha flamma, ha faoes. O peccata! O furias! Quod si salu-  
 briter monēti fidem adhiberet peccator, omninō im-  
 prudentem non ducerem. Verum quidem praestare à se  
 ipso scire (infit Poeta moralis Hesiodus) vt appositè  
 prudenterq; sint omnia componenda & tractanda, ac  
 sibi ipsi esse consiliarium & magistrum:

*Optimus ille quidem, qui per sese omnia noscens  
 Praceptor suus ipse sibi meliora peregit.*

nec tamen inficiandum, quod dicit Herodotus, nem *Hesiod. e-*  
 pe parū differre, ex sese sapere, aut monēti benè ob- *per &*  
 temperare. Idem (ō Rex) meo quidem iudicio esse videtur *dies.*  
*vel ingenio suo sapere, vel rectè dicenti obtemperare.* Non  
 ergo omninō imprudēs peccator, si salutaris monita nō  
 rejiceret. Verum imponit culmen vesaniae suae, consilia  
 bona reiiciēs, vt ait idem Herodotus: *Qui nō ipse sapit,*  
*neq; credit recta monēti, hic nulla in parte utilis eris.* Desi-  
 pi igitur planè peccator, & in summo gradu, qui salu-  
 bre rejicit consilium; apud quem palpo & assentator  
 gratus, cui veritas exosa; simulatio, & fucatio peccati *XV.*  
 perplacet; ast quē admonitio acris, & obiurgatio pec-  
 catorum exacerbat summopere. *Nec recipit stultus ver-*  
*ba prudentia, nisi ea dixeris quae versantur in corde eius.*  
 Namque hoc tempore,

*Obsequium amicos, veritas odium parit.* Id est *Prou 8.*  
 quod quarebatur psaltes vaticus: *Alienati sunt pec-*  
 catores à vulua, irruerunt ab utero. loquuti sunt sal *Terēt in*  
*sa. furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspi-*  
*dis surda & obturantis aures suas, quae non exaudiet (alius *Andron.*  
*Psalm. 57.**

K

pec-

peccato pestilentior, quam serpens suo veneno, ad  
uerrens probæ vitæ virum gazas sapientiæ referat; ja-  
pienter & emodulatione suavi carmen optimum  
docementum salubre depromere, vtramque aures  
occludit mox, nec audit penitus; aut si audit, tunc  
frigidè, vt carmen salutare ipsum non sopiat omnino  
quo obliuiscatur scelerum: Non legistis molem  
quærelas quas deponit Deus de populo suo Israel?

Zach. 7.

*grauauerunt ne audirent. & cor suum posuerunt ut non  
audirent legem & verba, qua misit Dominus  
exercituum in spiritu suo per manum Prophetarum pro-*

*rum: Non audistis ex actibus Apostolorum, eos qui  
secta erat Libertinorum, & Cirenensium contumacia  
se aures suas gloriose martyre S. Stephano, eloquia  
Divina & cælitus infusa docente salutariter & con-*

Act. 7.

*luta reducere? Exclamantes voce magna continuè  
aures suas, & impetum fecerunt unanimitè in  
viam.*

Pari modo complures peccatores miseri hoc tempo-  
simulant se surdos, obrurant aures ad instar alpe-  
quasi in eorum maximam perniciem, non autem  
summum bonum attentatemus eos sopire & incan-

Odyss. 10.

*re: Occludite, & obrurate aures o scelerati, aures  
cum socijs Vlyssis, aut manibus, si ita videbitur  
occludite, ne per eas hauriatis versus veneficos  
Circæ incantaticis nostri perditæ seculi, quæ, vt quæ-*

*dam nominata illa & celebrata ab Homero, Theocri-  
toco, Virgilio transformabat comites Vlyssis  
in porcos & alia animantia scæda, prout lub-*

Virg. phar

maceur.

Mich.

Volat. l. 8.

Geor. tit.

Epirus Si-

renarum

meminit;

*Carminibus Circæ socios mutauit Vlyssis.  
pari modo, transfiguratur filios Dei & Ecclesiæ, in  
uos diaboli, & nescio in cuius noueræ Geneuentis  
filios; præstat quæ, vt qui hominem viuebant, id est  
manè & honestè, fiant nunc porci, volutantes se  
cæno scæditatum suarum (de quibus latius postea  
dum & apertius, vbi ventum fuerit ad prodigum pasce-*

tem porcos) dico hæresum. Circe ista sane noxia est, transformans socios & confratres nostros Christianos carminibus & fascino sine falsæ doctrinæ. Eiusmodi verbis obturare aures; obturare, & hæretici, si qui sunt in hac cõcione: si nõ sunt, ut vtiã tãta nos dignetur gratia Deus! saltẽ vos cõpello õ peccatores, occludite aures carminibus & maleficijs æerũ voluptatum; illecebris blandis yrenũ maris huius mundi; quæ (vt fertur Syrenas monstra marina, partim virginum, partim pitemm speciem referentes, luavi emolulatione, frequentamentis vòcum ad cytharas, sistulas, tibias, compositarum sopire nauarchas in mari Siculo, ac tandem sopitos profundo demergere) sopiunt graui somno animos mileros, ac demum & carinam & nauclerum, id est & corpus & animam immergunt gurgiti sexcentorum criminum Talibus Sirenibus incantatricibus, pellicibus (puto desiderijs, concupiscentijs, tiullationibus carnis, talibus blanditijs & cupedis mundi) sedulo aures obfirmate cera; vinciamique arcẽ cruci (vt Vlysses constrictus fuit ad malum nauis, ne per Sirenas periret) peritis verò incantatoribus Dei vestri, qui vos sopiunt, vti medici, vt cautetio adurant putre membrum; sicuti venefici, vt virus tollant ab aspidẽ; verifcatoribus istis Dei vestri, qui nihil intentatum relinquunt vt virus tollant à vobis pestilentissimum peccati, vt quod putre est refecent, aures dilatate, vt de vobis nõ euantietur, quod Psaltes de idolis: *Aures habent, & non audiunt.* Ast õ tempora! O morẽs! O adolescentes peccatores! Pareat eorum aures Circe venificæ, Sirenibus incantatricibus, de quibus supra; nobis vero constipatæ sunt miro modo. Quid quæror constipatas? vtiã nam obturatæ essent potius quam pateutes; vti sunt, vt audiant, & non gerant morem; sed vt exasperentur & consurgant in bona consulentem & suadentem! Si firmarent aures, solummodò ne audirent & perciperent salubria monita & incantamenta, quæ ipsis inculcantur, tolerabiles forent; sed quid hoc, rugire ad

& addit esse loca quædam ac diuertoria, ad quæ appli cantas, ob elegantia, voluptatemq; feminatum facultates absumunt & reditus oblitiscuntur.

Psal. 114.

- instar leonis, sibilare cum serpente, accingete se armis  
in eum qui nil nisi bona precatur? *Verbum sapientis  
quodcumque audierit sciens laudabit, & ad se adijciet, au-  
diuit luxuriosus & displicebit ei, & proijcet illud post  
dorsum suum* Id est quod causabatur Amos, inquit  
Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem  
perfectè abominati sunt. Meministis Achab Regem  
peritè testatum sibi exosum Michæam, dicendo: *Ego  
odi eum, quia non prophetat mihi bonum sed malum*  
Judaica gens, obiurgata à Ieremia, confurgit in  
eum dicens: *Et dixerunt: Venite, & cogitemus contra Ie-  
remiam cogitationes. &c. Venite, & percutiamus eum  
lingua, & non attendamus ad uniuersos sermones eius.*  
In libro Sapientia quoque, inuicem se prouocant &  
instigant aduersus iustum, eo præcipuè nomine, quod  
moueat eos in quibus transgrediautur leges Dei cre-  
atoris sui. *Circumsueniamus iustum, quoniam inuitus  
est nobis, & contrarius est operibus nostris; & inproprie  
nobis peccata legis, & diffamat in nos peccatum disciplina  
nostra, &c. factus est nobis in traductionem cogita-  
tionum nostrarum. Grauis est nobis etiam ad uindictam  
eius. &c.* Alia quoque multa iactarunt impij in  
istos corripientes se; quæ communiter exponunt Do-  
ctores de Jesu Christo, in quem omnigena odia  
suscitata sunt, quia mouit, corripuit, redarguit  
peccatores. Quærebantur sanctissimi Doctores Am-  
brosius, Hieronymus, & alij complures; nempe  
quod ueritatem propalantes, parerent inimicitias  
liberè & sine adulatione ueritatem predicantes, & ge-  
stis praua uita arguentes, gratiam non habent apud homi-  
nes.
- Hieronimus super illud ad Gallat. 4. *Ergo inimicitias  
uobis: Hac est conditio ueritatis ut eam semper inimicitias  
persequantur, sicut per adulationem permissiole  
amicitia comparantur: libenter enim quod delectat au-  
dimus, & offendit omne quod nolumus.* Abel Mar-  
tyrum signifer experimento didicit, cæsus à fratre  
quod eius errores refelleret, (dicente Ionatha Pa-  
raphra
- Eccl. 21.*  
*Amos. 5.*  
*3. Reg. 22.*  
*Ierem. 18.*  
*Sap. 2.*  
*Lact. 1. 4.*  
*1. Cor. 9.*  
*Vos no-  
biles.*  
*Varij va-  
ria passi-  
m prædi-  
catam ue-  
ritatem.*  
*Gen. 3.*



raphraſte Chaldeo ) Teſtis quoque adueniat Loth mi  
narum ſibi intentarum à Sodomitis , quos admoni-  
tionibus reſtituere contendeſſet: *Ingreſſus es*, inquiunt,  
*ut aduena, nunquid ut iudices? Te ergo ipſum magis affi-*  
*gemus quam hos, vimque faciebant Loth vehementiſſi-*  
*mè.* Prophete Iſaias, Ieremias, & alij complures teſtan-  
tur, ut peccatori moleſtus ſit & parum gratus, qui vul-  
nus attingere vel leuiſſimè attentat Teſtatur abundè  
Redemptor, qui ideo paſſus eſt mortem non minus  
trucem quam ignominioſam: Prodomus quoq; eius  
S. Joannes Baptiſta, cuius propterea caput humeris  
præciſum eſt.

D. Chryſoſtomus factus Epiſcopus Conſtantinopo-  
litanus deprauatos mores & nobiliorum viuendi li-  
centiam vehementius increpans, magnam mulrorū  
ſibi peperit inuidiam. Eudoxiam etiam quod eam re-  
prehenderet propter ademptum Calitropæ viduæ a-  
grum inimiciſſimam habuit: quâ nitente in Calcedo-  
neſi conciliabulo eiectus eſt in exilium. Iterum reuo-  
catus non deſtitit, & ludos fieri ad argenteam Eudo-  
xiæ ſtatuum in foro S. Sophiæ prohibuit. Iterumque  
conſpiratione inuidorum Epiſcoporum coactus eſt  
exulare.

Ioannes Carnotenſis & alij, in Martyrio D. Tho-  
mæ Cātuarienſis Epiſcopi, Londini in Anglia nati, di-  
cunt eum quoniam Henrico Angliæ Regi ſerenti le-  
ges vtilitati ac dignitati Eccleſiaſticae repugnantes,  
repugnauit, pulſum in exilium, ac tandem in templo  
horis veſpertinis vacantem trucidatum.

Agamemnon indignatur Calchanti vera prædi-  
centi.

Pyrthus à Priamo accuſatus crudelitatis, & animi à  
patre Achyllo degeneris Priamum trucidat cum hoc  
ſarcaſmo:

*Referes ergo hac, & nuntius ibis,*

*Peliæ genitori, illi mea triſtia facta,*

*Degeneremque Neoptolemum narrare momento.*

Socrates à nonnullis propter dictam veritatem pu-  
tatur perijſſe.

*Hō Iliæ. 1.*

*Virgil. 2.*

*Æneid.*

Iustinus libro 12. Nullam aliam assignat causam mortis Parmenionis, & filij, quam quod luxum Alcibiadis liberioribus carpentes, illum patris & patriæ mortis subuertisse querebantur.

Vt Suetonius refert, Nero matrem Agrippinā modo veneno, modò nauis subdola auferre è medio contus est, ac tandem ferro sustulit, quod inquireret in tantam eius nefariam, & acrius argueret.

\* Quod Senecam præceptorem suū solutis venientiam ideo sustulerit, nonnulli autumant.

\*vide vit.  
Seneca  
decerpta  
ex Tacito  
& Suetonio  
per Xithonem  
Politonē.

Silentio pertransio numerum infinitum historiarum, euidenter testantium semper peccatori molestis, sic & inuisos reprehēsores, ne vobis sim tadio. Quæ pessima conditio peccatoris pro me facit plurimam, ut exinde commonstrem multā convenientiam quam habet cum peccatore. ut enim adolescens (ex sententia Horatij) quasi cercus est, & a bono in malum facile ducitur, nihilominus furit & exandescit in probos monitores, ita peccator ex omni parte.

Horat. in  
arte.

*Imberbis iuuenis &c.*

*Cercus in vitium flecti, monitoribus asper,*

*Vitium tardus prouisor, prodigus aris,*

*Sublimis, cupidusque, & amata relinquere patris*

Itaque demonstrato epitheta ista & adiectiua connotantia, feruidi, astuantis, accensæ, petulantis, libidinosis, libidinosi, intemperantis, & alia id genus, adolescentibus convenientia, esse quoque propria peccatori, quod in ipso feruidus & ardens in suis delictis, & peccata pendè omnia sunt ignis ardens & conuulsiuus, sicut perfidia in Deū, fornicatio cum demone, illecebris eius, præter datam fidem Jesu Christo matrimonium nostratum sponso in coniugio contracto celebrato in baptismo: Et sit peccator ad instar adolescentis verè vesanus & inconsultus, aurem placidam penitus non præbens admonitionibus salutaribus, que exasperetur, uti adolescens in se corrigere volens, denique, uterque sit alteri similis, dicimus Dominum lesu artificiosissimè, eleganti metaphora & translatione duxisse in hac parabola nomen adolescentis à principio

& proprio suo significato, vt eo designaret peccatorē. Quibus ad amulsum maturē consideratis, non est, qui, etiā si canus, rugolus, decrepitu, dicere queat prodi- gi nostri casum ad se nihil pertinere, omnes enim pec- catores, omnes adolēcentes, omnes seruidi & arden- tes in vna vel altera passione; omnes perfidi Deo crea- tori; oēs imprudentes; oēs offendimus vno aut altero modo. Cogimur itaque te rogare supplices d. Deus bone, & omnipotens, qui in gratiam triū adolēcentiū fornaci Babylonicæ intectorum, rogam adolēcentem, in autam toridam & refrigerantem commutasti; qui pridem vmbaculo faisti Israeliticæ genti vanti per co- lumnā nubis oppositam astiti meridiano, vt rore gratiæ tuæ digneris in nobis suffocare & extin- guere ardorem & flammās immoderatarum concu- piscentiā. Lubrici nos omnes obsecramus te, purita- tem ipsam, quatenus nos solidiores, castiores, fi- deliores, obseruantiores, in sacro connubio so- lemniter iurato & contracto efficias, contra omnem petulantiam & lasciuā, qualiscumque sit. Oramus te cum optimo Rege salomone (vnā tecum dicitote voce, Auditores) *Extollentiam oculorū meorum ne de- deris mihi, & omne desiderium auerte à me. Aufer à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentia ne apprehendant me. Et anima irreuerenti & infruita ne tradas me.* Omnes nos cæci, stulti, imprudentes, om- nes in genere & in specie petimus Domine, vt quem- admodum seruo tuo Tobia oculos aperuisti vt vide- ret, ac aliis plurimis nobiscum conuersatus in hoc mundo, illumines etiam nobis oculos mentis; nos cō- ducas, nos dirigas ceu cæcos, nostris supplicibus pre- cibus victus.

Eccel. 23.

*Notam fac mihi Domine viam, in qua ambulem.* Psal. 142.

*Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas e-* Psal. 24.

*doce me.* Psal. 12.

*Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.* Psal. 118.

*Revela oculos meos & cōsiderabo mirabilia de lege tua.*

Clamamus omnes validè cū cæco, de quo S. Marcus, ab intimis cordis depromimus voces sonoras, Rab-  
boni,

*Exod. 4.* *boni ut videam, ut videam. Aduersus omnem peccatorem*  
*Isa. 29.* *insipientiam, oramus cuncti cum Dauide: Bonitatem*  
*35.* *& disciplinam, & scientiam doce me. Insuper rogamus*  
*Luca 7.* *te super omnia, ut qui mutorum linguas soluisti, si*  
*Mar. 7.* *dis auditum dedisti plurimis, nobis in aures digitorum*  
*9.* *mittas, impereque adaperiri; proferas tantummodum*  
*\* Impera* *\* Epheta. futurum mox ut deinceps non obsurdum*  
*tius est* *mus ad exhortationes, neque veritatem exosam habeamus.*  
*Chalda-* *Tu quoque (chara iuuentus) ad incrementum*  
*cis, id est,* *multum honoris & gloriae tuae, fuge, caue vitia quae*  
*apertus e-* *tibi videntur propria. Et tu veneranda canities, non*  
*stus aper-* *puerae sentis, & deliti nomen promereri velis, si seculi*  
*tas & au-* *& ludibrio non velis esse omnibus; stude, contentus de*  
*dientes* *dulore in adolescentiae labaris vitia. Amen.*  
*aubeto.*

## CONCIO SEXTA.

*Vulgata.* 2. 12. *Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater mihi*  
*mibi portionem substantiae qua me contingit.*

*Graeca.* 12. *ὁ ἐπὶ τῶν ὀνείρων ἀυτῶν τῶν πατρῶν, πατρῶν,*  
*μοι τὸ ὑπεβάλλον μέτρος τῆς οὐσίας.*

*Syriaca.* 2. 12. *Et dixit ei filius eius minor natus: Pater mihi*  
*mibi partem quam mihi contingit ex domo patris.*

## ARGUMENTVM.

I. *Discursus super differentia scripturarum sacrarum & profanarum. proxiij vice. 2. Refertur adolescentens proprie peccatorem, quia vterque temerarius 3. Bellum inferunt Deo temeritate peccatores.*

**N**unc aperte conspicio, Auditores, distare plerumque litteras sacras à scriptis profanis, ob id